



LXIII.

6

94.

QVAESTIONES
VARII IVRIS CONTROVERSAE

QVAS 1765, 3

INCLVTI IVRECONSULTORVM ORDINIS
AVCTORITATE

PRAESIDE

ADOLPH. FRID. TRENDELENBURG

AA. LL. M. PHIL. ET I. V. D. ET ANTECESS. IN ACAD. FRIDERICIANA
EIVSDEMQUE H. T. RECT. ET ORDINIS ICTOR. DECAN.
SOCIET. TEVT. DVCAL. HELMSTAD. COLLEG. HONOR.

PRO

SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

RITE CONSEQUENDIS

SOLLEMNI INAVGVRALI PANEGYRI

DEFENDET

DANIEL. CHRISTIAN. IACOB. BOLTE
MEGALOPOLITANVS.

A. D. X. KAL. OCTOBR. A. O. R. C¹⁶ CC LXV.

B V E T Z O V I I

STANNO IO. GOTTH. FRITZII AVL. ET ACAD. TYPOGR.

QAVESTIONES
VARII IARIS CONTRARIOE

QVEST.

INCALI IACOBO-CATOLICAM ORDINIS
ACADOMITATE

PRAESIDIA

ADOLPHI RIED. TRADITIONIBAC

ALTI MATERIALE ET ALTIUS IN ACAD. TRADITIONIBAC
HISTORICUS HISTORICO ET HISTORICO-DICTIONARIO
SOCIALIS TANDEM DEDICAT. ET CENSUS MONSTR.

C. J.

SUMMIS IN AULOGIE, VARIE HONORIBAC

MTE QVADRIVAGALIBAC

SOLLIDIS IN MAGNIT. SEMICIRC.

(PRAEFATI)

DANIEL CHRISTIAN WOOD. HOLTE

MONSIEUR. ETC.

A.D. X KML. OCTOBRE. A. O. II. 1710 CELEB.

PATRICK

SUMMIS IN COTTONI. LEXIST. VUL. IN ACAD. LIBR.



LECTVRIS S.

Quod inde ex eo tempore, quo litibus in foro perorando
me mancipavi, cepi consilium, summos in iure honores
ambiendi, ut hac ratione obtemperarem legi patriæ,
quae iubet, caussarum patronos honoribus academicis esse orná-
tos, id, adcidit mihi, nec opinato, ut citius, quam quidem
antea erat propositum, iam exsequi cogerer. Quare quum
temporum rationes flagitarent, ut breuissimo tempore expedi-
rem, quae meditabar, nec ob summam temporis angustiam sie-
ri posset, ut more solito, libellum de aliqua re ad iurispruden-
tiā pertinentē conscriptum ad disceptandum proponerem,
quum nec conscribendo ei, nec typis excudendo, sufficeret pau-
corum dierum spatiū, quo iam me circumscriptum sentio,
adī Inclutum Iureconsultorum in Academia patria Ordinem,
petiūque ab eodem, ut & ad examen, quod dicunt rigorosum,
me admitteret, & perfecto eo, ob rationes, quae festinationem
in hoc negotio non suadent, sed, ut dixi, efflagitant, daret ve-
niā, quaestiones tantum non nullas, quas theses dicunt, pro-

* 2

VII. fe-

SAVO

ferendi, quas, disceptando cum Viris consaltissimis, doctissimis,
clarissimis, defendarem, tumque me summis in iure honoribus
ornaret, permitteretque, ut libelli conscriptionem ad breue
tempus differrem. Cui quidem consilio meo, quum id ipsum
non displicerit SERENISSIMO DVCI REGNANTI, Academ-
iae huius Fridericiana & Instauratori & Nutritori longe in-
dulgentissimo, beniuole adnuit Iureconsultorum Ordo, meque
ad examen & has quaestiones publica inaugurali panegyri sol-
lemniter defendendas benigne admisit, pro quo singulari sauroe,
quo senio me in perficiendo consilio meo insigniter adiuvum,
gratias ago, quas possum, maximas Viris Iureconsultissimis
per omnem vitam pie mihi colendis, deuenerandis. Sed ne
qua in re defecisse videar, aut ne quid a me praetermissum esse
quisquam iudicet, quod sancte spondi Iureconsultorum Ordini
Amplissimo, id iam publice fide boni viri polliceor, scilicet
certissime me effleurum, ut intra sex menses proximos libellus
de aliqua iuris quaestione selecta typis excudatur, in quem con-
scribendum omne studium omnemque diligentiam adhibeam, id-
que maxima & summa opera curem, ut efficiam, ne Clarissi-
mos Antecessores, Fautores, summa pietate colendos, poeni-
teat fauoris in me collati, neque ipse ego videar honoribus, qui-
bus me augere, ex SERENISSIMI DVCIS clementissime con-
cessa venia, decreuerunt, plane indignus. Qua spe fretus, pu-
to fore, ut, qui haec forte legant, aequi bonique ducam hocce
meum consilium in arena cepit, quod quidem vehementer eos
etiam atque etiam rogo, eosque valere inbeo.

QVAE-

QVAESTIONES CONTROVERSAE
IVRIS NATVRALIS

I. Fieri non potest, vt ius naturae doceatur, nisi supponatur,
existere Deum, ex cuius voluntate necessaria illud dedu-
catur.

II. Leges naturales in eo differunt a positivis, quod illae
necessaria voluntate Dei nitantur, hae vero proficiscantur ex
libera voluntate legislatoris, siue Deus is sit, siue homo.

III. Potest de iure naturae dominium, etiam sine traditio-
ne, in alium transferri.

III. Verior videtur eorum sententia, qui usucaptionem &
praescriptionem volunt ex iure naturae exsulare.

IVRIS ROMANI

V. Non omni vitio carere videtur vulgaris Doctorum di-
uisio, qua ius priuatum partiuntur in ius personarum & rerum,
huiusque duas formas constituant, alterum in rem, alterum in
personam, seu ad rem, quod dicunt,

VI. Contractus, quem hodie, non adeo concinne, aesti-
matorum vocant, Romanis non est nominatus.

VII. Elegans est Viri Excell. & Clar. PÜTTMANNI in
interpret. & obseruat. c. 30. coniectura, qua putat, quinquen-
nium querelae inofficiosi testamenti introducendum esse au^tori-
tate prudentium, postquam constitutionibus Neruae & Marci
Impp. constitutum fuerat, post quinquennium de statu defuncti
hand querendum esse.

VIII. Non omnis responso rei ad intentionem auctoris est statim Litis contestatio. Quare errare videntur, qui cum LEYSERO Specim. 82. med. 4. omnem huiuscmodi protestationem, responso rei adiectam, simpliciter putant ipsi facto contraria esse.

IVRIS GERMANICI ET PATRII

VIII. Census realis, qui dici solet, est servitus iuris germanici, quae in dando consistit.

X. Unio prolium est iuris germanici, & male ea vulgo referunt ad genus adoptionis.

XI. Videretur eorum sententia, qui pia corpora in Megaponi in concursu creditorum volunt doti praeferri, magis conuenire verbis constitutionis patriae de d. Suerin. d. 6. Febr. 1644, quam eorum opinio, qui id recte fieri negant.

XII. Cessionarium pii corporis Megapolitani vel Lubecensis in concursu creditorum ut priuilegio corporis cedentis, negare, quam adfirmare, mallem. Conf. *Viri III. MANTZEL Ius Mecklenburg. & Lubec. illustr. cent. 4. Iud. 71. 72.*

IVRIS ECCLESIASTICI

XIII. Imperanti ciuili, qua tali, & vi imperii ciuilis, non competit ius positivus & ad finem ecclesiae de eadem disponendi, quod ius dicunt *sacrorum*, sed negative potest, & ad finem reipublicae de eadem disponere, quod vocare solent *ius circa sacra*.

XIII. Placet elegans coniectura *Viri III. MANTZELII* in additam. 6. ad Select. iurid. Rostoch. Fascic. 3. Spec. 16. 17. 18. qua eine Gottes Scheune (quae vox occurrit in antiquo responso de a. 1594) interpretatur horreum, in quo colliguntur decimae frumenti in usum ecclesiae praestandae.

XV. Patronis ecclesiarum in subsidium incumbit cura pro alimentis ministrorum ecclesiae.

XVI. Benedictio sacerdotalis non ex iure canonico, sed ex Novella Leonis 89. videtur vsu fori recepta esse.

IVRIS CRIMINALIS.

XVII. Rechte sentire & nobis videntur, qui cum *Viro III. BECKERO* tertiam speciem processus criminalis, denunciationis scilicet, a processu adcausationis & inquisitionis diuersi, faciunt.

XVIII. Actiones ad quadruplum, aut duplum ex furto manifesto, aut nec manifesto, quippe iure romano constitutas & firmatas C. C. C. art. 157. & 158. intentans minus rechte repellitur ob non - vñlum harum actionum in foris hodiernis.

XVIII. Mariti cum femina coelibe concubitus adulterium non est ex mente Romanorum, attamen germanico idiomate, vi vocis, *ein Ehebruch* dici posse videtur, idque puto firmari ex C. C. C. art. 120. licet ius Carolinum aequalitatem poenae huius concubitus cum adulterio induisse, adfirmare non ausim.

XX. Die Vermäuring, quae occurrit in Adsecurat. Reversal. de a. 1621. art. 43. est procul dubio incarcerationis genus, non vero huiusmodi, ut fame perire debeant rei, vt eleganter probat *Vir III. MANTZEL* in Iure Crimin. Meclenb. Scgl. 3. §. 6.

IVRIS FEVDALIS.

XXI. c. *naturales* II. F. 26. excludit etiam legitimatos per subsequens matrimonium a successione feudal.

XXII. Filia usufructuaria, etiamsi nupserit alicui, qui nobilis non est, modo non plane indignus is sit, & ex infima plebe, iura sua non amittit.

XXIII. Distinctio inter feuda data & oblata non quidem fundamento, attamen usu pratico destituta esse videtur.

XXIV. Virgini usufructuariae denegari non potest ius caedendi ligna secundum modum, qui definitur circa feuda in dem *Landsgrundesetzlichem Erbvergleich* de g. 1755. art. 16. §. 307. nr. 2.



XXV. *Die Leibrente* dagegen darf durch die *Leibrente* nicht verhindert werden, da die *Leibrente* auf die *Leibrente* nicht übertragen werden darf.

Buetono, Diss., 1761-71

VD 18



f

5b.

Farbkarte #13



B.I.G.

QVAESTIONES
VARII IVRIS CONTROVERSAE

QVAS

1765/3

LXIII.
94. 6

INCLVTI IVRECONSULTORVM ORDINIS
AVCTORITATE

PRAESIDE

ADOLPH. FRID. TRENDELENBURG

AA. LL. M. PHIL. ET I. V. D. ET ANTECESS. IN ACAD. FRIDERICIANA
EIVSDEMQUE H. T. RECT. ET ORDINIS ICTOR. DECAN.
SOCIET. TEVT. DVCAL. HELMSTAD. COLLEG. HONOR.

PRO

SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

RITE CONSEQUENDIS

SOLLEMNI INAVGVRALI PANEGYRI

DEFENDET

DANIEL. CHRISTIAN. IACOB. BOLTE
MEGAPOLITANVS.

A. D. X. KAL. OCTOBR. A. O. R. CC LXV.

B V E T Z O V I I

STANNO IO. GOTTH. FRITZII AVL. ET ACAD. TYPOGR.